

De sancto Stephano

deo grates referam⁹. vñ canit ecclesia. Grates nūc om̃s rē. z cū gaudio laudare. qz in terra pax hoib⁹ nō demonib⁹ s̃ hoib⁹. neqz obstinatis mal⁹ pctōib⁹ s̃ bone volūtatis. Esa. liij. Nō est pax impijs dīc dñs. ix. Job. Quis resistit ei z pacē habuit. ps̃ xliij. Contritio z ifelicitas i vñs eoz. z vñs pacis nō cognouerūt. ecōuerso. Pax multa diligētib⁹ legē tuam ps̃. cxviii.

De sancto Stephano Sermo xxi.

Quom̃ esset Stephan⁹

C plenus gr̃a intēdens in celū vidit gloriā dei z iesū stantē a dextris vñtis dei. act. viij. **V**idem⁹ qz vasa plena nō resonāt. sed vacua. Sic corda electoz plena gr̃a spūs sancti nō resonāt p̃ impatiētā z murmuratiōē. Vnde canit ecclesia de martirib⁹. Nō murmur resonat. non querimonia. s̃ corde tacito mēs bñ cōfida p̃seruat patientiā. Dicit Greg. Quō sustinuissem nisi spūs sancti gr̃a eos solidasset. De qz ap̃ls Ro. viij. Ip̃e spūs coadiuuat infirmitatē nr̃am. Ido ps̃. i. Spūs principali p̃firma me. Sic p̃fortati fuerūt s̃a cti patres de qbus habet in cano. xxiij. q. v. Si nō licet z est Aug. Sancti p̃res inspiratione diuina fecerūt z sustinuerūt impossibilia. Tal' et s̃a fuit apostol⁹ Phil. liij. Om̃ia possum in eo qz me p̃fortat. Ideo p̃siderans hec salomon Prover. xviij. dicit. Spūs viri sustentat imbecillitatē ei⁹. De qz etiam loquitur sanctus Tho. ii. q. iij. p̃tra gentiles. c. xlv. Indiget hō diuine gr̃e auxilio ad h̃ vt p̃seueret in martirio. Hāc habuit beatus stephanus p̃thomartyr de quo thema Cuz esset Stephan⁹ zc. **I**n vñs p̃missis bñs stephanus p̃mēdat a duob⁹. P̃rio a plenitudine gr̃e sanctitatis. Sc̃do a certitudine eterne claritatis. P̃rimū patet in p̃ncipio. Sc̃dm̃ ibi. vidit gloriā dei z iesū stantē a dextris. De p̃rio dicit. Cū esset stephan⁹ plenus gr̃a. Nota legi⁹ qz xps̃ fuit plen⁹ gr̃a. s̃ist maria z discipuli in die p̃e thecostes. z hodie de sc̃to stephano. **Q**ue igit est differētia ist⁹ plenitudinis. Respōdet qz quadruplex est plenitudo. P̃ria sup̃fluentie. sc̃da excellētie. tertia abūdantie. quarta sufficientie. **P**rima plenitudo gr̃e dī sup̃fluentie. illa fuit in xpo fm̃ qz caput ē ecc̃lie. z exuperantē redundat in alios vt fons scaturiens. De qz Job. i. Vidim⁹ cū plenum gr̃az vltate q̃si vñgenitū a p̃re. Illa plenitudo gr̃e excludit potētā peccādī. qz pctm̃ est defect⁹ gratie De quo dī Col. i. In xpo cōplacuit om̃es plenitudinē diuinitatis inhabitare. qz habuit oīmodē oēm p̃fectōē. Job. iij. Nō ad mēsurā dat⁹ ei spūs sc̃us Et sic nullo mō potuit peccare. qz pctm̃ ē recessus a deo. z p̃ se fuit de⁹. z sic ip̃e a seip̃o recedē n̄ potuit z sic nec peccare. Vñ. j. pe. ij. Pctm̃ si fecit nec inuētus ē dol⁹ in ore ei⁹. Et tal' plenitudo gr̃e nō fuit i beato stephano. **S**c̃da est plenitudo excellētie. s̃p̃ealis p̃rogatiue gr̃e. qñ aliq̃ creatura ex specia li dono z dei gr̃a p̃uilegiat qz sibi p̃ferunt om̃es virtutes. q̃ ip̃am nō solū custodiūt a peccato mortali. s̃ z veniali. Illa erat in maria. cui angel⁹ Luc. j. Ave gratia plena. vnde dicit Ber. in fm̃one Cogitis me zc. Ceteris sancti gratia per partes p̃statutur marie se simul. tota ifudit gratie plenitudo.

Et ibidem. Si diligenter ispicies n̄b̃l est splēdo ris virtutis z glorie qd̃ in ea nō respicē ear. Et t̃do bene circūdabant eam flores rosaz z lilia p̃uallū vt dñs. s̃tutes sulcian⁹. z formositas decore ca stitaz iugeat. eo qz dīc Anf. Ea puritate n̄tebat qua maior s̃b̃ deo intelligi neq̃t. **T**ertia ē plenitudo abundantie. Illa fuit i ap̃lis Act. ij. Repleti sūt om̃s spūs sancto z ceperūt loq̃ magnalia dei varijs linguis. ita vt mirarētur in dei. Illa gr̃a consistit in h̃ qz q̃s nullū peccatū mortale cōmittit z magnū habet ardorē ad bōa opa z virtuosa z ad oīa deo placita. ita qz etiā tal' raro peccet veniali⁹. Istā etiā habuit beatus stephan⁹ Act. viij. Iudei nō potuerūt resistere sp̃it z sapientie qui loquebat in eo. ita qz impleret illud qd̃ dixit iesus discipulis suis Lu. xxi. Dabo vobis os z sapientiā. cui nō poterit resistere oēs aduersarij vñi. Et Math. x. Nō vos estis q̃ loq̃mini s̃ spūs p̃ris vestri q̃ loq̃t in vobis. **Q**uarta est plenitudo sufficientie quā vnusquisqz habet electoz intantū qz sibi p̃i sufficit ad salutes. Et sic elizabēth repleta est spūs sancto. z sic Zacharias Luc. j. z sic Symeon Lu. ij. Mensurā bonaz s̃. quo ad gratiā sufficientē. conferat. s̃. qz ad gratiā abundantē z coagitatā. quo ad gr̃am sup̃excellētē z sup̃fluentē. quo ad gr̃am exp̃antē z redundantē in oēs electos. que ē i xpo iesu. **F**ac̃tū s̃b̃dit. Intēdēs in celū vidit gl̃iam dei. Nota hō li benter ad quatuor respicit. P̃rio qz ad thesaurū. sc̃do qz ad amicū. tertio qz ad auxiliū. quarto qz ad palaciū. Sic beatus stephanus respexit p̃mo ad thesaurū. vicz ad celū. iuxta illō Mat. vi. Vbi thesaur⁹ tuus ibi z cor tuū. Nō ibi vidit thesaurū suū. i. gloriā dei. De qz Math. vi. Thesaurisate vobis thesaurū in celo. Dicit Fulgēti⁹. Vbi thesaur⁹ tuus ibi cogitāris affectus. Ido Phil. liij. Nostra cōuersatio in celis ē qz ibi n̄ est thesaur⁹. Sc̃do hō libenter respicit ad amicū. z sic beatus stephanus vidit iesū stantē a dextris vñtis dei. Ip̃e ei fm̃ ber. est amic⁹ dulcis. adiutor fortis. z p̃siliari⁹ p̃mēdēs Ip̃e est amicus de quo iohan. xv. Jam nō dicaz vos seruos sed amicos. quia om̃ia que audīui a patre meo nota feci vobis. Ip̃e est amicus dulc⁹ qui om̃es vult saluari. i. ad Thimo. ij. Quia vult om̃s homines saluos fieri. Ip̃e est amic⁹ cōstās. De quo Prover. xvij. Om̃i tempore diligit qui amicus est. Et sic christus dilexit beatum stephanum in vita. quia sp̃itus sanctus eū repleuit. Dilexit z i morte. quia stetit ad auxiliū. Dilexit post mortem. quia coronauit eum corona glorie qz cōstanter pugnauit. quia. ij. Thimo. ij. Nemo coronabitur nisi qui legitime certauerit. Sic et tu si vis fore dignus corona. quia dīc Augustin⁹ in sermone de sancto stephano. Disce pugnare nō se uicia sed patientia. nō malicia sed benignolentia. Et sic beatus stephan⁹. Ite christus non solum ē amicus dulcis sed etiā adiutor fortis. quia parat⁹ est om̃es adiuuare. z notatur in hoc quia vidit eū stantem tanq̃ proximum De quo Aug. in soliloquio. Domine semp̃ te paratū offers si patuz me inueneris. Item ip̃e est cōsiliarius p̃mēdēs. quia consulit terrena despiciere et celestia amare. z notatur in hoc. qz vidit eū a dextris virtutis dei. Tercio

homo libenter videt ibi unde sibi puenit auxilium
 q̄ a deo. ps. cxx. Auxilium meū a dño q̄ fecit celum
 et terrā. Et hoc auxilium ipse vidit. q̄ ibi stantes. s.
 sibi ad auxilium. Et sic nos. ij. Paral. xx. Cū igno-
 ramus qd̄ agere debeamus hoc solum residui ha-
 bemus vt oculos ad celū leuem⁹. Quarto homo
 libenter respicit ad palaciū suū seu domū suam. Et
 sic stephanus vidit in celis et vidit celos aptos vt
 domū suā et tabernaculū. vñ ps. lxxxiij. q̄ dilecta
 tabernacula tua dñe struit. Sicut pegrini a lōge
 terrā suā libenter inspicunt. vñ Hier. lj. Recordā
 mini pcul dñi. et hierusalē ascēdat sup cor vestrū.
 Nā miles securū se putat cū xpe videt sibi castrū
 apertū. Et sic celū est castrū et domus nra. vñ de. ij.
 Cor. v. Scimus cū dom⁹ terrestris huius habita-
 tionis dissoluē habem⁹ domū nō manufactā. Et
 hāc vidit bñs stephan⁹ cū vidit celos aptos. non
 sic intelligēdo q̄ celli fuerūt diuisi. cū sint incorru-
 ptilibiles. s. q̄ sic clare vidit ac si nullū esset obsta-
 culū. Et notant dicit q̄ vidit ibi stantē a dextris
 virtutis dei. hoc exponit. s. iho. pte. iij. q. lviij. fin
 diuinitatē a dextris struit dei. i. in plenitudine di-
 uine potestatis et gl̄ia diuinitatis. fin hūanitatez
 vñ in potiorib⁹ bonis. **S**ed dī. q̄lis fuit vi-
 sio beati stephani qua vidit ibi. an fuit mētalis.
 aut imaginaria. aut corpalis q̄ ad xpi hūanitatez.
Rūdet Dico. de lyra sup act. aploz. q̄ fuit imagi-
 naria visio et etiā mentalis q̄ ad diuinitatē. s. etiā
 corpalis q̄ ad xpi hūanitatez. Dico notanter q̄ ad
 xpi hūanitatez fuit visio corpalis. q̄ in voluntate
 corpis xpi in celo ē q̄ corpus suū videat a lōge sic
 de xpe. sicut in p̄tate eius ē immutare visum in p̄-
 p̄ta vel in alta effigie. sicut fecit. Lu. xl. Deltarem
 vñ nō potuit videre isto mō. s. sicut i visione ima-
 ginaria formatur v̄tute imaginaria aliq̄ effigies
 ad rep̄tandū deū. ita exteri⁹ p̄t diuinitus forma-
 re ad immutatōnem corpalis oculi. sicut suo mō
 fit in apparitōne angeloz q̄ apparēt in corpibus
 sic assumptis q̄ corpali vidēt. ita ē aliq̄ effigies cor-
 palis si a dō assumpta s. formata p̄t ipm rep̄tare
 oculo corpali. Et sic p̄babilis p̄t dici q̄ fuit in visi-
 one stephani mentalis. tñ cognouit q̄ illa effigies
 nō erat ip̄a deitas nisi tñ rep̄tatine. **S**ed dice-
 res. tñ h̄c Exod. xxxij. Nō videbit me hō et v̄net.
Rūdet. s. iho pte. i. q. xij. ar. xj. hoc est v̄x corpali
 bus oculis in hoc mortali corpe. licet potest fieri
 oculis mentis. **S**ed dī. tñ dicit Jacob Genes.
 xxxij. Vidi dñm facie ad faciē. **R**ūdet Dyo. iij.
 cele. hierar. hoc referendū est nō ad ip̄am essentiā
 diuinā. s. q̄ ad figurā in qua rep̄tabat deus. q̄ dī
 cit Nico. de ly. q̄ vidit angeluz in p̄sona domini.
Nota dicit. video celos aptos. Pro q̄ sciēdū
 legitur q̄ celū quatuor vicib⁹ visum ē ap̄tū. Pri-
 mo a xpo baptisato. Lu. iij. Secūdo a beato Pe-
 tro. Act. x. Tercio a beato stephano vt hic. Quar-
 to a b̄to Ioh̄e Apoca. iij. q̄ dixit. Ego ioh̄es vidi
 ostiū ap̄tū in celo. ad designandū q̄ quadrupli-
 ces sunt hoies quibus celū aperitur. s. innocentib⁹
 bus. penitentibus. martyrib⁹. et p̄fectis religio-
 sis. **P**rimo celū aperitur innocentibus. s. paru-
 lis baptisatis. et non solū paruulis s. etiam adul-
 tis. de quo Bonauen. sup. iij. sen. Quātū ex se ē

baptisatus om̄nē culpā tam originālē q̄ actiā
 lem mortalem et veniālē delet. et restituit innocē-
 tiam quā ad aiām. sic si baptisatus mori statim i
 celum volat. Et hoc non potest fieri nisi om̄s cul-
 pa et pena esset deleta. Et sic tali homini qui serua-
 uit innocentia semp celum ē apertum. In figurā
 illius xpo baptisato ap̄ti sunt celi. lu. iij. et mat.
 iij. Confestim ascēdit de aqua. et ap̄ti sunt ei celi
 Idcirco quādo mori puer in innocentia parentes
 non debēt ita dolere. quia fatū ē dolere q̄ q̄s trā-
 sit de societate hominū ad societate angeloz. de
 exilio ad patriam: vt innocētes q̄ nec peccata ve-
 nialia nec actualia sup innocentiam baptismales
 addiderūt. Nā licet tales pueri non habēt pro-
 pria merita. tamē ex meritis xpi est eis celū aper-
 tum. ideo berū. Nil est qd̄ timeas si innocentiam
 habeas. berū. Secūdi ade purgat tribulatio quos
 cōtaminat p̄toris p̄uicatio. ideo math. xix. Si
 nite puulos venire ad me et nolite p̄hibere eos.
 talis em̄ est regnū celoz. s. ex meritis xpi. Berū. q̄
 ex aliena culpa obligat p̄ alienam penam absoluitur.
 Quā p̄pria culpa obligatur p̄pria ex pena pla-
 catur. **S**ecūdo apertū est celum penitentibus.
 Act. x. Petrus vidit celum apertum et descendit
 vas quasi lintheū plenū reptilib⁹. et dictū est ei.
 Occide et manduca. Et dixit petrus. Dñe immū-
 dū non manducaui. Et dixit ei. Quod deus mū-
 datū immundū ne dixeris. et receptum est vas in
 celū. Spūaliter. p̄ animalia immūda. reptilia. fer-
 pentia. volatilia intelligūt vicia in lectulo con-
 scientie. cū presentātur ante pedes petri. i. dignita-
 ti sacerdotali p̄ contritiōē et sacramentalē p̄fessio-
 nem. tñ mundātur. j. Ioh̄. i. Si cōfiteamur p̄c-
 cata nostra fidelis et iustus est deus vt remittat. vt
 patet Lu. xviij. de decem leprosis: q̄bus dixit. Ite
 et ostendite vos sacerdotibus. et fecerūt et mūdāt
 sunt. Idcirco ista animalia venenosa. s. p̄ciā mora-
 lia sunt occidēda p̄ verā p̄niam. et tunc recipiūt
 in lintheo vase p̄nie in celum. Vñ Lu. iij. et math.
 iij. Penitentia agrie appropinquabit em̄ regnū
 celoz. **I**ndixi notatē p̄ veram p̄niam. nā non
 qualiscūq̄ p̄nia celum aperit. Difficilimū est in-
 quinatū ad pristinā redire puritatē. paret in figu-
 ra. Templū salomonis a gentibus p̄phanatū nū
 q̄ potuit ad pristinū decorē reformari. Et sic diffi-
 cile est perfectam agere penitētiā. vñ de Ambz.
 Facilius inueni qui seruauerūt innocentia q̄ qui
 veram egerunt p̄niam. quia singulis peccatis sin-
 gule pene debent. de quo Job. xx. Inet om̄ia q̄
 fecit. Et Salomon Eccles. xij. De omni errore ad-
 ducet te dominus ad iudiciū. Attende q̄ p̄funda
 debet fore penitētia. vñ de Lu. iij. Facite dignos
 fructus penitentie. i. perfectam penitētiā. Nā
 modus pene debz correspondere culpe. Sap. xi.
 Per que quis peccat p̄ hec et p̄niatur. Si p̄ sup-
 biam peccasti p̄ humilitatem peniteas. Si p̄ uolup-
 tatē carnis excessisti per castigationem ieiunij
 et flagellationis deleas. Si per auariciaz trāsgres-
 sus es per elemosinā et misericordiaz satisfacias.
 ad Roma. vj. Sicut exhibuistis membra v̄ra ser-
 uire immūdicie et iniquitati ad iniquitatem. ita nūc
 exhibete membra vestra seruire iusticie in sancti-

Quatuor alid ap̄tū est

De sancto Stephano

30
ficationem. nam scribitur Pentrono. xxv. Scdm
mensuram peccati plagarum erit modus. nam si
peccasti in corde consentiendo. in ore loquendo. in
opere implendo. econtra peniteas corde conterē-
do. ore confitendo. opere satisfaciendo. sicut fece-
rat hester. Hester. xliij. Omnia loca in quibus an-
rea letari consueverat crinū laceratione cōplent
et deprecabatur dominū deum. Et sic nos. apoca.
xviij. Inquantū glorificavit se et in delicijs fuit in
tantiū date illi tormentum et lucū. **T**ercio apertū
celum vere religiosi et perfecti per religiōis
ingressum ubi regulariter vivūt. quia dicit sanctus
Thom. in scda scde. q. vlti. Nam hoc est holocau-
stum maximū quando homo divinis servitijs to-
taliter se mancipat. et excedit omne genus satisfac-
tionis. ut habetur in decreto. xxxiiij. q. ij. ad mone-
re. **N**am religiosus offert deo omnia q̄ ha-
bet. Primo res temporales per paupertatē votū
omnino nihil possidendo. ut habetur in decre. xij.
q. j. dilectissimis. In religione existens non debet
habere denariū si non vult participare cum ana-
nia et saphira. Actū. v. Dicit em̄ Grego. Non a-
chus habens obolum non valet illum. ideo aug.
de cōmuni vita cliricorum. et habet. xij. q. j. nō vi-
tatis vos habere pprium. sed sint vobis omnia cō-
munia. Secundo religiosus offert corpus per vo-
tum castitatis et abstinētie. ad quas se obligat. ut
non comedere carnes. iacere in straminibus. me-
dia nocte surgere. et hoc ppter deum. dicens cū apo-
stolo. j. Corinth. ix. Castigo corpus meū et in ser-
vitutem redigo. Tercio frangit liberam volunta-
tem ppter deum per votum obedientie. Et hoc ē
maximū q̄ homo frangit liberum arbitrium ppter
deum. quod deus homini frangere non vult. sed
relinquit eum in manu consilij sui. Eccli. xv. ideo
Ansel. in li. de similitudinibus. Sicut qui dat ar-
bitrium cum fructibus plus dat q̄ qui solum fru-
ctum prebet. sic qui dat liberū arbitrium ppter de-
um in manus prelati plus dat q̄ qui alia multa
bona opera ex libera voluntate faceret. j. Re. xv.
Melior est obedientia q̄ victima. augusti. Meli-
or est vna obedientia q̄ omnes virtutes. i. omniū
virtutū opera. **C**ontra obedientiam sunt vi-
cia. dicit em̄ sanctus Thom. in scda scde. q. clxxxj.
ar. iij. Rōnabiliter potest dici q̄ per ingressum re-
ligionis aliquis consequitur remissionem pecca-
torū. Si em̄ aliquibus elemosinis facti homo po-
test satisfacere de peccatis suis. fm̄ illud Dan. iij.
Peccata tua elemosinis redime. multo magis in
satisfactōe pro omnibus peccatis sufficit q̄ homo
dat omnia que habet. corpus substantiam tempo-
ralem. et voluntatem liberam. ideo in vitaspatrij
legitur q̄ eandem grām consequūtur religionem
ingredientes quā cōsequūtur baptisati. Et sic eis
aperitur celum. Et figuratur per iohannem euan-
gelistam qui vidit celum apertum. Apocal. iij. q̄
fuit de numero perfectorum. quia reliquit patre-
rhetia et navem ppter xpm̄. Math. iij. **Q**uarto
celum aperitur martyribus. sicut beato stephano
qui vidit celos apertos. Hoc privilegium habēt
martyres si patiantur mori p xpo inveniēt vitā in
celis. vii. aug. Qui orat pro martyre iniuriā facit

martyr. **S**ed di. ex quo nostris tpsib⁹ non
martyrisant homines q̄ nobis facienda sunt ut xpi
martyres efficiamur. R̄ndetur. sextuplex est spūa-
le martyriū. triplex fm̄ Grego. et triplex fm̄ bern.
Primū spūale martyriū fm̄ Grego. ē patiens in
aduersis toleratio. Secūdu est afflictō cōpassio
Tercū inimicō dilectio. **P**rimū dicit ē patiens
in aduersis toleratio. Gre. Martyres esse possu-
mus si patientiā in animo toleramus. Et quanto
maior aduersitas cū patientia tanto maius mar-
tyriū. ps. xliij. Propter te mortificamur tora die.
Nā patientiā habere in aduersis ē maius signū
grē q̄ mortuos suscitare. cecos illuminare. lepro-
sos mūdare. de quo gre. Patientiā maiore repu-
to miraculis. q̄ nō natura dat patientiā in aduer-
sis s̄ grā. dicit em̄. Aresto. viij. ethico. Triste fugit
natura. Sed impatiētes ostēdūt se vacuos esse a
gratia p murmuratiōē. gre. Qualis vnusquisq̄
apud se lateat illata cōtumelia probat. **S**ecūdu
spūale martyriū fm̄ gre. est afflictō cōpassio. vii.
Grego. Qui dolorē exhibent in aliena necessita-
te crucē portant in mente. Nam tot sunt vulnera
mētis cōpatientis quot tribulatiōes patientis ho-
minis. Sic maria circa crucē ihu martyr est effe-
cta. q̄ dicit Damasco. Omnia vulnera q̄ xps susti-
nit corpe ipsa sustinuit mente. Et sic iohānes iux-
ta crucē stans factus ē martyr. **Q**uis cogitare
poterit quantā cōpassionē habuit cū vidit illū ita
graviter pati q̄ sibi in sero pedes lauit. corpus su-
um dedit. in cui⁹ pectore regeuit. Et ideo nō pmi-
sit eū pati. q̄ compassio xpi mortis fecit eum mar-
tyrem. Et sic si habes cōpassionem cū pauperib⁹
si sustinēt famē. sitim. tribulatiōem a malis homi-
nib⁹ q̄ eos spoliāt. vel qū vides aliquem peccare
chorisando. blasphemādo. adulterādo. luxuriā-
do. supbiēdo vel quādo audis mala de proximis et
eis cōpateris ē signū bonitatis q̄ sis membr⁹ xpi
vi Grego. Nō aliter membra xpi redeptoris nri
efficiemur nisi proximis cōpatiamur. Et quāto q̄
plus dolorē proximū sentit. tāto melior corā deo
existit. vii. Grego. Tanto q̄ pfectior quanto dolo-
res sentit alienos. Talis fuit ap̄lus. ij. ad Cor. xj.
dicens. Quis infirmus et ego nō infirmus. q̄ scan-
dalisat et ego non vroz. q. d. vniciq̄ in necessitati-
bus suis comparior. Nā tales sunt spūales marti-
res crucē xpi gerentes. de q̄ dicit gre. Duob⁹ mo-
dis crux xpi tollit. cū patientia in animo tolera-
mus. et primo cōdolemus. **T**ercū spūale mar-
tyriū fm̄ greg. est dilectio inimicō. de quo greg.
Ferre contumeliā et odientē diligere ē martyriū
in occulta cogitāōe. Nam signū magne bonita-
tis est illi optare bonū q̄ tibi optat malū et illū di-
ligere q̄ te odit. et pro illo orare q̄ te psequitur. ut do-
cuit dñs mat. v. Diligite inimicos vros. et orate p
psequentib⁹ vos ut filij patris vestri qui in celis
est. nam diligere inimicos est iustitiantibus in-
dulgere ex corde. et est deo valde acceptū. de quo
Greg. Qui peccatibus clementer indulserit nul-
lum peccati vestigium in eius anima remanebit. Et
augusti. in sermone de bto stephano. Per amorē
inimici efficietis amicus dei. Item sciendum ad-
huc fm̄ bern. Triplex est spūale martyrium sine

sanguinis effusione. Primum ē paritas in vbertate. secundū ē largitas in pauprate. terciū ē castitas in iuente. Dixi primum ē paritas in vbertate. de q̄ bern. Qd̄ martyriū grauius q̄ inter epulas esuri re. inter vestes algere. inter diuitias paupratez sustinere. ppter deū. nō videre delectabilia z non gustare cū posset ē satis graue. Nam ibi vincit natura q̄ semp appetit delectabilia. v̄bigratia. Sic iacere in straminibus ppter deū cū homo posset habere tres lectos. bibere aquā ppter deū cum bene posset habēvinū. z sic de singulis. Hoc sine speciali gr̄a non posset haberi. Similit̄ si hō abūdans diuitijs posset chorissare. sup̄bire z carnis voluptatem exercē. z nō vult ppter deū ē spūale martyriū. Dñ scribit Ecc̄l. xxxi. Beatus vir q̄ potuit transgredi z non est transgressus. facē mala z non fecit. Secundū spūale martyriū ē largitas in pauprate. sicut vidua q̄ misit duo minuta in gazophiliū. Mar. xij. collaudat a saluatore plus omnibus misisse. quia totū dedit qd̄ habuit. Ex illo p̄t̄ si pauper dat denariū ex charitate amplius meret̄ q̄ diues dans florenū. q̄ habet in cano. liij. q. vij. i. granibus. Affectus offerētis plus placet deo q̄ munus. Grego. Cor z non substantiā pensat deus. si gnāter de bonis iusto labore acq̄sitis. De iniusto vō h̄t in cano. xliij. q. v. Immolans ex iniquo maculata ē oblatio. Ideo puer. iij. Donora dñm de tua substantiā. nō dicit de aliena. q̄ scribit Ecc̄l. xxliij. Dona iniquoz nō pbat altissimus. Terciū spūale martyriū ē castitas in iuente. Et hoc ē deo acceptū ppter graue impugnationem carnis quā iuuenes p̄pone sustinent. q̄ dicit anerois cōmentator. Complexio iuuenū est calida z humida. senū vō sicca z frigida. Dñ iuuenes q̄ volunt caste viuere debēt domare corpus cū abstinētijs. De q̄ Aresto. liij. et̄b. Epantia ē magis eligēda in iuuenib⁹ q̄ senibus. q̄ iuuenes plus cōcupiscen scijs molestant̄. z sic resistēdo ppter deum martyres fuit ppter certamē. q̄ dicit aug. Inter oīa xp̄ianoz certamia duriora sunt castitatis p̄lia. vbi q̄ tidiana pugna rara victoria. Quos plus collaudat Amb. in li. de offi. Rator est castitas virginū q̄ angeloz. angeli sine carne viuūt. v̄gines in carne trīphānt. Qualis trīphator fuit beatus stephanus. vt patet in eius legenda.

Sermo. xxij. Ad idem.

O Eniat supervos omīs
v sanguis iustus qui effusus est sup̄ terrā a sanguie abel iusti vsq̄ ad sanguinez zacharie filij barachie quē occidistis inter templū z altare. scribit mat̄. xliij. z legit hodierna die p̄ euangelicali officio. **N** videmus q̄ peritus medicus intendēs curare infirmū am̄nistrat medicinā nūc dulcem. nūc acerbam. nūc debile. nūc fortem p̄ diuersitate infirmitatū tempoz z complexionū. fm̄ q̄ viderit infirmū esse dispositum. Spūaliter. sic ihs xp̄s spūalis medicus venit heri in mūdū fm̄ representatiōē ecclie visitans infirmū genus humanū. de quo aug. Magnus venit medicus quia vbiq̄ lacebat egrotus. Quod conquirebatur Isa. ca. i. Dñe caput languidū z omne

cor merens. Nam plures pphete affectabant huius medici aduentū. vt Hierem. c. xviij. Sana me dñe z sanabor. Similiter z ps. vi. Miserere mei domine quoniam infirmus sum sana me domine. Sed iam venit per in carnationem dicens mat̄. ix. Non est opus valentibus medicus s̄ male habentibus. Et prestitit variā medicinā. nūc dulcem. vt in prima p̄dicatiōe. mar. iij. Penitentiaz agite appropinquabit em̄ regnū celoz. Nec erat medicina dulcis p̄mittens veniam. Sed post h̄ dedit medicinā amarā dicēs Lu. xij. Nisi pēnitētiā egeritis omnes simul p̄bitis. **S**unt em̄ aliqui qui nō mouent̄ bentu olenna s̄ seueritate. Idcirco fecit xp̄s sicut moyses Deutro. xxvij. pponens primo b̄ndictiones filiis israhel dicēs. Si seruaueris mādāta dñi dei tui benedic̄eris i agro. benedictus in domo. benedictus in cellario. benedictus fructus ventris tui. Deinde subiūxit acerbam medicinā pponens maledictiōem dicēs. Si non ambulaueris in mādātis domini dei tui. maledictus eris in agro. maledictus in cellario. Ita fecit xp̄s iudeis. Primo p̄dicauit eis octo beatitudines. s̄ beatitudinem noluerūt adipisci per exercitiū virtutū. Idcirco in vltima p̄dicatiōe sua p̄dicauit eis octo ve. i. maledictiones. dicens mat̄. xxij. De vobis scribe z pharisei qui edificatis sepulcra pphetaz z ornatis monumenta s̄istorū zc. vos impletis mensurā patrū vestroz. Idcirco p̄ns euangelium bene sequit̄ euangelii hesterni die lectum. Veri audistis quomō dixit angelus. Annuncio vobis gaudium magnū qd̄ erit omī populo. quia natus est vobis xp̄s saluator. Nec erit medicina dulcis plena omni gaudio. q̄ deus pater misit filiū suū in mūdū ad saluandū genus humanū. Job. iij. Sed iudei indurati non susceperūt eum. vt h̄t Job. i. In p̄p̄ta venit z sus eum non receperūt. Propter qd̄ hodie incurritur eis timor z medicina acerbā. vt qui nolūt conuer̄ti amore. saltem retrahāt̄ a peccatis timore z cōminatione dicēs. Deniat super vos oīs sanguis iustus zc. **I**n summa euangelij duo innuunt̄. Primo xp̄i clementia inerplicabilis. sc̄do iudeorū malicia irrenocabilis. Primum patet in principio. secundum tangitur ibi. hierusalem hierusalem. **D**e p̄mo dicit. In illo tempe. i. feria terciā post palmarū. postq̄ xp̄s mane redijt de bethania in hierusalem. z correxit phariseos clericos z latcos z scribas denūciāns eis multiplex ve. dic̄ Symō de castia. De in sacra scriptura significat eternam damnatiōem. Et vidēs iesus q̄ in sua correctione nihil p̄ficeret. tūc dixit ad turbas iudeoz z principes sacerdotū. Ecce ego mitto ad vos p̄phas. q̄s dī. fm̄ Raymonē. p̄sq̄ indutus carne veniet̄ in mūdū misi ad vos p̄tarchas quos nō estis secuti in v̄uositare vite. Deinde misi vob̄ moysen. hūc nō credidistis. Post h̄ misi vob̄ p̄phas. hos respūistis. Nūc vō me v̄p̄ filiū dei negastis. z cruci tradere tanq̄ malefactorē conspirastis. Sed vt cognoscatis q̄tū affecto salutē v̄ram. Ecce mitto ad vos p̄phas z sapiētes z scribas. i. ap̄los z martyres meos. **P**ost dicitur p̄phe p̄p̄t futuroz reuelatiōē. q̄. i. penas reprobōz z merita iustoz

D ij

(Sana electz Sermo)
nūc

De sancto Stephano

denūciabant. Item dicuntur sapientes ppter xpi agnitionē q̄ est sapiētia dei patris. eo q̄ omēs thesauri sapiētie et sciētie in eo sunt reconditi. ut habet Col. ij. Et dicuntur scribe. q̄ legem dei scriptā intellexerūt. ut habet Lu. vii. Aperuit eis sensum ut intelligerēt scripturas. Subdit. Et ex illis occideris et crucifigetur et flagellabitur in sinagogis vestris. qd̄ et factū ē. Nam iacobū fratrem iohannis occiderūt gladio. Act. xij. Petrū et andream crucifixerūt. et paulū flagellauerunt. ut h̄t. ij. ad Cor. xi. Ter virgis cesus sum. Similiter et alios flagellauerūt et phibuerūt ne loquerentur in nomine ihu. Qui ibant gaudentes a cōspectu concilij. qm̄ digni habiti sunt p nomine iesu cōtremeliaz pau. Act. v. Et subdit. Et psequimini de ciuitate in ciuitatem. Hoc factū ē. q̄ expulerūt eos de iudea. et ad gentes migrare fecerunt. iuxta illud Act. xij. Vobis oportebat primū loqui verbū dei. h̄ qm̄ repulistis illud et indignos fecistis vos ecce conuertimur ad gentes. iō subdit. ut veniat sup vos ois sanguis iusti id ē vltio omīs sanguinis iusti. Et hoc ideo ppter effusionē innocentis sanguinis xpi. Ratio. q̄ q̄quid iusticie aut vritutis fuit in alijs sanctis. abundanter fuit in xpo. ut h̄t in euāgelio Jo. iij. Nō ad mensuram datus ē ei spūssanct⁹. De alijs sanctis scribit. j. ad Cor. xij. q̄ diuisiones grarū sunt. De xpo vō scribit ad Col. j. Ip̄e ē in omib⁹ primatū tenēs. q̄ in ip̄o cōplacuit toti trinitati oēm plenitudinē inhabitare. s. gr̄e et glorie. et p eū oia recōciliari. Idcirco merito effusio ois sanguinis iusti reddat in eos. a sanguine abel iusti vsq̄ ad sanguinem zacharie filij barachie quē occidistis inter templū et altare. dicit Hiero. Abel iste fuit frater cayn q̄ eū occidit. Gen. iij. Zacharias fuit filius iofade sacerdotis. de quo habemus. ij. Paral. xliij. Et vocat barachias q̄ si bñdictus donū rōne iusticie. vel fuit forsitan binomius. Sed dī. q̄re isti duo nominātur p ceteris. R̄ndet triplici de cā Primo rōne cōmunitatis. secundo rōne singularis p̄prietatis. tercio rōne grauitatis. Primo rōne cōmunitatis. q̄ abel fuit pastor ouīū in capō occisus. Zacharias sacerdos. p hos significant omēs martyres laicalis et sacerdotalis ordinis. qm̄ sanguis sup illos veniet. Secundo rōne singularis p̄prietatis. fm̄ Cris. cū morte xpi. q̄ sicut abel occisus ē a fratre suo cayn ex inuidia. et sic iudei xpm̄ math. xxvij. Sciebat pylatus q̄ p inuidiam tradidissent eū. Similit̄ sicut zachariā hoīem sanctum lapidauerūt in loco sancto. sic xpm̄ iudei sanctū sanctorū in loco sancto. s. in hierusalem. Tercio fm̄ mat. de crac. rōne grauitatis. s. culpe. Nam mai⁹ peccatū ē consanguineū occidē q̄ extraneū. benefactorē q̄ inimicū. sicut abel occisus ē a fratre. sic xps a fratrib⁹ suis. s. iudeis ex quibus natus est Et zacharias a Joas rege cui p̄ suus multa bōa fecit. sic xps occisus a iudeis quibus infinita bona ostendit a patre celesti. de quo Joh. x. Multa bona ostendi vobis ex patre meo ppter qd̄ opus vultis me lapidare. Ip̄i vō non potuerūt negare. h̄ responderunt. Non ppter bonū opus lapidamus te s̄ propter blasphemiā. Idcirco eo maius peccatū quāto plura susceperūt bona. de q̄ Gen.

Non est maius peccatū q̄ ad beneficia dei esse ingratum. Ideo subdit. Amen dico vobis veniet hec omnia sup generatōem istam. scz iudatcam. Sed diceret. que sunt hec oia. R̄ndetur fm̄ Crisosto. super Math. hoc potest intelligi dupliciter. Primo rōne promissi. secundo ratione meriti. Primo rōne promissi. quia omnia bona que promissa sunt singulis generatōibus ab initio mundi illis sunt data q̄ xpm̄ receperūt. sic omnia mala venient sup illos qui xpm̄ repulerūt. Secundo rōne meriti. nam sicut omīs iusticia sanctorū tanq̄ mereri nō potuit quantū gracie datum est hominibus in xpo. quia scriptum est Sap. vij. Venerūt mihi omnia bona pariter cū illa. s. diuina sapientia. Si peccata omniū impiorū tantū demereri non potuerūt quātū demeruerūt iudei ex morte xpi. ex eo q̄ in xpo continebat generalis iusticia omniū sanctorū pcedentiū et sequentiū. Idcirco fm̄ Criso. sequūtur ex illo tria correlaria. Primo correlariū quod elicitur est. q̄ nec diluuiū vniuersale nec aliq̄ pena corporalis iudeis vlti⁹ genitib⁹ q̄ afflictī fuerūt fuit similis pene huic quā a romanis iudei pulerunt cū crucifixerūt tot q̄ loca defecerunt. et triginta iudeos p vno denario venderūt ut dicit Iosephus in libro de iudaeico bello. Correlariū scdm̄ qd̄ elicit est q̄ dominus nō statim punit peccata alicuius gentis vel ciuitatis. iō ut postea grauius punit si se non emendet. ut factū est de iudeis quibus pepercit. xlii. annis. Correlariū terciū. q̄ sepe dominus deus punit peccata parentū in filiis. ut habet Exod. xx. Ego dominus fortis zelotes visitans iniquitatem patrū in filios in terciā et in quartā generationem. Sed diceret. tamē habet Ezech. xvij. Fili⁹ nō portabit iniquitatē patris. R̄spondet sanc. Thom. dicens. vix est vbi filij patres non imitant in paternis excessibus. vbi vō eos imitant p eis puniuntur corporaliter. quia fm̄ corpus sunt res parentum. et etiam eternaliter fm̄ imitationē viciorum. Idcirco secundo tangit iudeorū malicia irreuocabilis dicens. hierusalem hierusalem. Nota duplicat hoc verbū hierusalem. Primo fm̄ Crisosto. rōne dilectionis et cōpassionis. q̄ eos dilexit iuxta illō ps. lxxxvj. Diligit domin⁹ portas sion sup oia tabernacula iacob. Et compatiebat eis. quia ingrati fuerūt sue dilectioni. ut impleret illud ps. cvij. Retribuebant mihi mala p bonis. et odiū p dilectione. Secdo duplicat hierlm̄ rōne duplicis psecutionis. q̄ psecuti sunt xpm̄ et sanctos ei⁹ duplici. corporalit̄ et spūalit̄. corporalit̄ occidendo. spūalit̄ mēte inuidendo. Idcirco p̄ctm̄ eorū aggrauat ex multis. Primo rōne gētis. q̄ hierosolimitani fuerūt nō babilonici. fuerūt iudei nō gētilēs. fuerūt sciētes non ignorantes. q̄ hierusalem fuit maistra legis. P̄n habet Isa. ij. De sion exibit lex. et verbū dñi de hierusalem. Idcirco peccatū eorū maius. ut habet Iaco. iij. Bonū sciētī et non facient p̄ctm̄ ē illi. Secundo aggrauat eorū p̄ctm̄ rōne interpretatōis nominis. q̄ hierlm̄ interpretatur pacifica. ip̄i aut occiderūt regem pacis. ppter qd̄ rōne aggrauatōis peccati eorū ut elicit hic in textu hierlm̄ habuit q̄nq̄ noia. Primo fuit sanguis

uaria ab interfectione. et notat in textu cum dicit. **Q**uod occidit prophetas et lapidas eos qui ad te missi sunt. Si enim hostes vel prodones occideres nihil esset. **S**ed prophetas. Ideo **Isa. j.** Quod facta est meretrix ciuitas fidelis. **Q**uoniam iusti habitabant in ea. nunc autem hominibus. **I**deo comminatur eis propheta **Eze. xliij.** De ciuitate sanguinis cuius ego grandes facio piras. id est intensum ignem. **S**ecundo vocat hec ciuitas perfida et rebellionis. et tangit ibi. quod tuus volui congregare filios tuos et non iussisti. **E**cce contraditio. de qua **ps. liij.** Vidi iniquitatem et contradictionem in ciuitate. **N**am dens omni tempore voluit eos congregare ad se. **P**rimo per legem nature. secundo per legem scripture. tertio per legem gratie. **S**ed noluerunt. ideo arguit eos **stephanus Act. viij.** Dura ceruice et incircumcisi cordibus et auribus vos semper spiritui sancto resististis. **Q**uod prophetarum non sunt persecuti presbyteri. de quo **Crisostomus** super prius euangelio dicit. **H**ierusalem misisti ad te ysaia et fecisti eum. **H**ieremiam et lapidasti eum. **E**zechielem et tractum per lapides excerebrasti eum. **Q**uod ergo sanaberis quod nullum medicum admittis. sed medicos occidisti. medicinam spernisti. ideo non sanaberis. **hiere. xv.** **H**ierusalem quis medebit tibi. aut quis contristabit per te. aut quis ibit ad rogandum per pacem tuam. quod non. quia sunt ciuitas rebellionis. **T**ercio hierusalem fuit ingrata et paruipensionis. **N**am paruipendebat bona quod christus ei impendebat. et notat in textu cum dicit. **V**olui congregare filios tuos quemadmodum gallina congregat pullos suos sub alis. nam gallina pullis suis multa bona exhibet. **E**t sic christus omnibus iudeis et gentibus. **P**rimo pullos a miluo. pregit alas extendens. sic christus extendit alas suas. id est manus in cruce ad pregenandum nos a miluo. id est diabolo. quod desiderabat per. dicens per. **ps. xviij.** **S**ub umbra alarum tuarum protege me. **S**ecundo propter dilectionem pullos egrotat et infirmat. et sic christus propter nos. **ysa. liij.** **D**ere languores nostros ipse tulit. **T**ercio plus de pullis cibandis quam de seipsa cogitat. **E**t sic christus aridus mansit in cruce. de quo **ps. xxi.** **A**ruit tanquam testa virtus mea. **E**t nobis prouidit de cibo anime. de quo **Jo. vi.** **C**aro mea vere est cibus. **Q**uarto propter dilectionem pullos sit rauca. **E**t sic christus pro nobis in cruce. de quo **psal. lxxvij.** **L**aboraui clamans rauca facie sunt fauces mee. **Q**uinto propter dilectionem pullos plumis se spoliatur. **E**t sic christus pro nobis in cruce nudus pependit. **ps. xxi.** **D**iuiserunt sibi vestimenta mea. **S**exto propter dilectionem pullos hispidus apparet et difformis. et sic christus pro nobis in cruce. de quo **ysa. liij.** **V**idimus eum non habentem spem neque decorem. sed tanquam leprosum reputauimus eum. **E**cce ingrati fuerunt dilecti dei. **H**oc commiserit **ysa. c. v.** dicens. **N**unc enim habitatores hierusalem et viri iuda iudicate inter me et vineam meam. quid est quod debui ultra facere vinee mee. expectant ut faceret vinas et fecit labruscas. **E**t hoc est quod dicit. et nolui. **E**cce contemptus omnium bonorum et ingratitude eorum. **Q**uarto hierusalem fuit ciuitas deserta et desolationis. et notat in textu cum dicit. **E**cce relinques vobis domus vestra deserta. **C**risostomus. per domum intelligit templum. **A**licet sit domus sua ut habetur **mat. xxi.** **D**omus mea domus orationis vocabitur. atque propter abusum dicit domum eorum. quia non

cultum diuinum habebant ambitionem et questum in ea exercebant. **S**im illud **Job. ij.** **D**os fecistis domum meam speluncam latronum. **H**ec domus fuit deserta tribus. **T**ribus **Vespasianus** cum non mansit lapis super lapidem in tota ciuitate. **N**unc autem non solum deserta est edificium sed sacrificio et habitatorum numero et regum presidio et prophetarum eloquio. de quo predictum **Hieremias Treno. j.** **Q**uod sedet sola ciuitas plena populo quasi vidua domina gentium. et **ysa. j.** **T**erra vestra erit deserta. et ciuitates vestre succense igni. regionem vestram coram vobis alieni deuorant. et desolabitur sicut in vastitate hostili. et derelinquetur filia sion sicut umbraculum in vinea. **Q**uinto hierusalem facta est ciuitas odiosa et repulsionis. et notat in textu cum dicit. **D**ico vobis non me videbitis ammodo donec dicatis. benedictus qui venit in nomine domini. **H**oc potest intelligi dupliciter. **P**rimo de humanitate. secundo de diuinitate. **P**rimo de humanitate. non videbitis me in humanitate. id est corporaliter ammodo. id est usque in diem iudicii. ubi dicatis velitis nolitis. **B**enedictus qui venit in nomine domini. hoc est secundum **Crisostomum**. qui cognoscetis me et videbitis in effectu me esse filium dei benedictum. **N**am licet mali non videbunt diuinitatem in iudicio. cognoscant tamen ex potestate et maiestate effectum diuinitatis. **S**ecundo exponit de diuinitate. quod non videbitis diuinitatem meam in claritate eterna donec dicat benedictus qui venit in nomine domini. id est donec confitemini me per fidem spem et charitatem esse filium dei. quem pater misit in mundum ad manifestandum nomen suum. quia visio diuinitatis correspondet fidei. ideo **Isa. viij.** **S**i non credetis non permanebitis. **D**remus igitur ut credamus ut confiteamur eum esse filium dei ut contemlemur faciem eius in eternum.

Sermo. xliij. **A**d idem.

Ecce mitto ad vos scribas et prophetas et sapientes. et ex illis occideritis mat. xliij. **M**oraliter dominus mittit nobis nuncios qui vocant nos ad salutem. **P**rimo prophetas. id est tribulationes qui nos vocant ad salutem. **G**reg. **M**ala qui nos hic premunt ad deum ire compellunt per. **ps. xv.** **M**ultiplicate sunt infirmitates eorum postea accelerauerunt. **I**sti prophete prophetant nobis duo. **P**rimo peccati remissionem. **Job. iij.** **I**n tempore tribulationis peccata dimittis. **B**ernardus. **O**mnis ut flagellemur ut a peccatis purgemur. tu non facis tanta bona per quam possis expiari. ideo mittit prophetas. id est tribulationes. **G**reg. **M**agis meritorium est bene pati quam bene agere. **S**ecundo spei solidationem. **G**reg. **T**anto spes solidior in deum surgit quanto maiora pro illo quod perit. quia scribit **Job. v.** **I**ncrepationem domini non reprobos. **S**ubdit. **B**eatus homo qui corrumpitur a domino. **S**ed heu plures sunt qui illos prophetas non sequuntur. ut impatientes maledicentes. de quibus **G**reg. **I**llorum supplicium est eterne pene initium. ut habet de pe. di. iij. **S**ed autoritas. **S**ecundo dominus mittit sapientes et secundum nuntium. id est multitudinem inspirationum. **Job. xxxij.** **I**nspiratio omnipotentis dat intelligentiam. id est mali vitandi et boni agendi. **S**i ille nuntius non veniret quod se meritorie cognoscere posset. nullus. de quo **G**reg. xvij. **m. 7.** **S**i lumen per

De sancto Iohanne euangelista

uententis grē nōs non irradīaret. mens nostra in peccatorū tenebris obscura remaneret. Sed deus frequēter mittit illū nūciū. Aug. deus qđ suū est semp inspirat si ē qđ recipiat. augu. Dei vocatio oculta inspiratio. **T**ercio mittit scribas. i. doctores & p̄dicatores p̄ponentes verbū dei. de quibus Jo. xx. Sicut me misit p̄ sic mitto vos in mūdū. scz p̄dicare v̄bū dei. Ro. xv. Quēcūq; scripta sunt ad n̄ram doctrinā scripta sunt. s. tho. par. j. q. j. ar. 1r. Maior cognitio nō h̄r de deo in hac vita nisi ī sacra scriptura. Greg. j. mo. Sacra scriptura oculis mentis q̄si speculū p̄ponit vt interna facies vī deat an feda sit vel pulcra. Sed heu hos scribas flagellat. s. linguis detractoris. Audi mat. x. dicit dñs. Qui vos audit me audit. Nō vos estis qđ loq̄mī s̄ spūs p̄ris v̄ri. Eze. iij. Noluerūt audire te qz noluerūt audire me. in cano. xj. q. iij. Quēcūq; cōtristauerit doctrinē veritatis spm̄ dei conturbat. Gal. v. Qui vos cōtrubat portabit iudiciū q̄cumq; ē ille. Quartus nūciū ē pia petitio. Job. xxi. Audite q̄so fīdēs meos & agite p̄niam. S; heu nō attendūt illud quod cōquerit. Hier. xv. Laboranti rogans tñ a v̄is suis nō sunt reuerſi. Crisost. Si nō audis eum p̄ te supplicante quō audiet te orante. Quintus nūciū ē dura cōminatio. ysa. j. Si nolueritis & ad iracundiā me p̄uocaueritis gladius denotabit vos. gladius. s. iusticie. de quō ps. vij. Nisi conuerſi fueritis gladiū suū vibrabit. arcū suū retendit. s. dñi iudiciū. de tali cōminatione dī Lu. xxiij. Nisi p̄niam egeritis omēs s̄ p̄ribitis. Sextus nūciū ē grē & glorie p̄missio. p̄misit em̄ grām. ysa. j. Quiescite p̄uere agere dicit te bñ facere. & si fuerit p̄ctā v̄sa vt coccinū q̄si nix dealbabit. p̄misit grām. mat. xi. Venite ad me omēs qđ laboratis & onerati estis & ego reficiā vos Item p̄misit glām. ysa. lxiij. & j. Co. ii. Oculus nō vidit nec auris audituit. nec in cor hoīs ascēdit. qđ preparat deus diligentib⁹ se. Gre. Si considera mus qđ p̄mittūt in cellis vilesūt om̄ia in terris. Sed heu aliqđ obstinati sunt vt fuit regina vāsthi. Hester. j. Assuerus fecit grande cōuiuiū. & vāsthi id ē anima peccatrix noluit venire. s; fecit p̄uuiū feminaz. i. cōcupiay carnaliū. Vāsthi parūpēdit nūcios assueri. & eunuchos missos. & sic anima peccatrix parūpēdit cōminatōnes & p̄missiones dei. ps. cv. Pro n̄bilo habuerūt terrā desiderabilem. P̄cidūt inspiratōnes. & flagellant scribas. i. p̄dicatores. Crucifigūt p̄phetas. i. tribulatōnes p̄ impatientiā murmurādo dicētes. Dñe qđ tu p̄mittis sup me. s; nesciūt dīctū aug. in enchirī. Ideo bonus est deus vt non permittat malū qđ vult elicere bonū. Sed heu conqueritur dauid dī censps. xcj. Vir insipiens non cognoscit & stult⁹ non intelligit hec. ps. xxxv. Noluerūt intelligere vt bene agerent. meditati sunt iniquitatem in cubilib⁹ suis. Job. xix. Seruū meū vocaui & non respondit mihi. s; ve talibus. qz maledicūt. Hier. xj. Maledictus vir qui non audierit verba pacti huius. p̄pter qđ dīcet eis. Hierusalem Hierusalem que occidis p̄phetas & lapidas eos. Heb. Quot malos cogitas tot lapidas. Quonēs volui cōgregare filios tuos. s. vires aīe. s. intellectū memoriaz

& volūtatem. vbi dicit auguſtī. Argissīma domīnī misericordiā multa nobis peccatorib⁹ impēdit beneficia. peccatores expectat. benigne renouat. hilariter suscipit. plene ignoscit. grām sine meritis tribuit. grām multiplicat. multiplicatam cōseruat. cōseruatā coronat. hec ille. q. d. Recogita quō de celo descendit. de throno glorie in p̄sepīū de p̄sepīo ad crucem. & latus aperire fecit. Dicit Ansel. Quid misericordius dici poterit peccatori eternis supplicijs depurato qđ accipe filiū meū vnigenitū & da pro te. & filius dicit. p̄sto sum. id ē paratus. accipe me & redime te. hec ille. Et noluit. i. in p̄p̄ta & p̄p̄ta volūtate persistit. sicut he rī annūciata est pax hominib⁹ bone volūtatis. sic hodie pena illis qui sunt p̄p̄te volūtatis. de q̄ bus subdit. Ecce relinqueret vobis dom⁹ v̄stra deserta. id est conscientie spoliātē. & ammodo nō vīdebitis me. s. cū gratia sed cū iusticia. quādo dicetis velleis nolitis more appropinquare. in dice assistente. benedictus qui venit in nomine domīnī. Si seruīſſes domīno deo tūc. i. ī hora mortis forsitan nō habebis gratiam nec tempus nec volūtatem nec memoriā. de quo augu. Hac aiad uersione p̄cutit peccator vt moriens oblitiscatur sui. qui dum vīueret oblitus est dei. Ergo qđ nunc cōtemnit misericordiā inueniet iusticiā. iō augu. & habetur de pe. dist. j. §. potest. Hoc p̄tinet ad dei iusticiam vt nunq̄ careat supplicio qui noluerūt carere peccato. Et de pe. disti. vij. §. nullus in fine. Qui semper sine charitate. plen⁹ iniquitate. torquetur sine fine.

De sancto Iohanne euangelista. Sermo. xliij.

Conuersus Petrus vidit discipulū quem diligebat ihs. Ioh. vi. & legitur hodierna die pro euangelicall officio. In summa euangelij duo innuuntur. Primo innuuntur petri interrogatio amorosa. ibi. domine hic aut quid. Secūdo subiūgitur xpi responsio gloriosa. ibi. sic enim volo manere. De p̄mo dicit. In illo tempe. s. post xpi resurrectionem p̄ndētib⁹ discipulis frustra. & tota nocte in piscatione laborantibus. & ihs stans in litore dixit. Mittite in dexteram nauigij rethe & inuenietis. & cōcluserūt multitudinē pisciū. Illis autē egressis ad terras inuitauit ad prandīū. & inter prandīū ter interrogauit petrū an ipm̄ amaret. & tercio amorē p̄fenti qz ter eū negauerat. tercio pascēdas oues sibi cōmisit. & deinde qđ p̄ eaz omīū cura pastoralī vsq; ad martiriū crucis esset p̄uenturus intima uit dicēs. Amen dico tibi cum esses iunior cingebas te & ambulabas vbi volebas. cū autē senieris extends manus tuas & alius te cinget & ducet qđ tu nō vis. Hoc autē dicebat significans quā more clarificaturus esset eū. & p̄m̄us subiūxit dicens. seq̄re me. glo. aug. s. patendo p̄ me martiriū crucis. **M**ora xps natus est in mūdū vt pateret pro nostra salute. vt patet Isa. ix. Paruul⁹ natus est nobis. cuius principatus super humerum eius. i. crux. & ysa. xxiij. Dabo clauē domus dauid super humerū eius. Et ista clauis ē crux xpi quaz in humeris gessit. & nobis ianuā regnī ap̄iuit. Ioh